advertendum, Palatinatus omnes proximiores Cosacis cum sint frigidi Catholici, complacebunt sibi in libertatibus Schismaticorum, Capitium monachale induens, ut possint officia, et Dignitates Ruthenis Schismaticis stabilitas sortiri. Nullus heresiarcha totum orbem ad sua dogmata statim pertraxit. nullus tirannus unico ictu integros Populos ditionis suæ excidit. Sed Mᵃ: Mᵒⁿᵉ: Aulico legis fulmine duo milliones Unitorum a fide Catholica apostatare, vel Regno exulare faciens.

Miramur certe Corda Catholica Mmaᵃ: DD. VV. ex uno folio Cosaccorum, aut potius supplici libello conservata, tremere, turbari, cum ad præsens Ukraina non sit iam illa potens, ferox, trux, quæ fuit temporibus Chmielnicij.

Illustrem reddidit Deus continuis miraculis unionem tum Zorovicensis B. Virginis stupendæ Iconis, tum B. pro Sede Petri, eiusque Successoribus mortui Josaphat martyris sacri. Hæc prodigia in rem Unionis patrari solita, ruina Unionis evacuabantur; Immo servabunt Unionem miris, sed veris modis.

Nusquam prosperavit Dnus quæcumque pacta cum Cosaccis inita, semper enim vel nova rebellione eorundem Cosaccorum subsecuta, vel morte Ducis Zaporosiensium, ac tumultu subortis in cassum abiere.

Concedens Mᵐᵃ: DD. VV. restitutione Ecclesiarum, ac bonorum vel in toto, vel in parte; Alterutrum